1300

Coll. comp.
E. Martini

Iam 1558. prodiisse uidetur hic catalogus. v. praefat. ad Syriani Comentarium. 1558. in Acad. Veneta editum. Memoratur haec summa in praef. ad Oratt. claror. Virorum, & affirmatur, in ea si minus omnia, saltem multa nomina librorum, quorum editionem cogitent, ~~diuulgata~~ legi.

Sp 0.70/20

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

SVMMA LIBRORVM,
QVOS IN OMNIBVS SCIENTIIS, AC NOBILIORIBVS ARTIBVS, VARIIS LINGVIS CONSCRIPTOS,

VEL ANTEA NVNQVAM DIVVLGATOS,

VEL VTILISSIMIS, ET PVLCHERRIMIS SCHOLIIS, CORRECTIONIBVS QVE ILLVSTRATOS,

IN LVCEM EMITTET

ACADEMIA VENETA.

IN ACADEMIA VENETA,

M. D. LIX.

D. Christophori Fabij Bugelo.

SERENISS. PRINCIPI, LAVRENTIO PRIOLO,

& illustrissimæ Venetæ Nobilitati, benignissimis patronis nostris.

ADEO, qui & solum, & summum bonum est, initium Academia nostra sumpsit: ac fore confidimus, ut ab eodem in omne tempus regatur, & in ipso omnia nostra consilia, omnes actiones, tanquam in eo fine, quò referenda sunt omnia, terminentur, atque conquiescant. certe enim à diuino lumine tam speciosa rei excellentis imago mirabiliter est oblata menti, ac demonstrata, clarissimi uiri, Federici Baduarii, nobilissimi, & huius Serenissimæ Reip. amantissimi filii: cuius animo uirtutis amore incenso, cuius eximia doctrina, maximarumq; rerum usu singulari & cogitata res est, & ad exitum perducta: quippe cum intelligeret, inter ea, quæ ad uitam commode, tranquille, & cum dignitate peragendam aliquid conferunt, nihil esse proborum hominum, egregieq; eruditorum societate præstantius. cumq; mentis aciem longissime intendisset, perspicueq; uidisset,

atque cognouiſſet eas cauſſas, unde manauit infirmitas Academiarum omnium, quæ hactenus inſtitutæ ſunt, quæ tantum id uidentur ſpectaſſe, ut ſuorum ſtudiorum conſuetudine fruerentur, de alieno fructu minimum laborarunt; noſtram ipſe Academiam formauit inſtitutis cum pietate primum Chriſtiana conſentientibus, deinde ſummam uirtutem ac dignitatẽ oſtendentibus, ita demum neceſſariis, ut huius præclari operis diuturnitas, & ea, quæ ab ipſo ſpectata in primis eſt, multorum ſæculorum æternitas poſtulat. Atque idem, ut commodo noſtro conſuleret, quotidieq́;, ut conſueuimus, ad uarios ſermones, uariasq́; de ſcientiis, atque artibus diſputationes conuenire poſſemus; commune omnibus atrium, & alia ſeparatim loca præcipuis cuiuſque doctrinæ profeſſoribus in ædibus ſuis attribuit, loquendi ordine ita inſtituto, ut alii, quemadmodum ſcientiarum dignitas exigit, ſermonem habeant, alii, ſi quid ambigant ad ea, quæ audierunt, proponant, poſtremo, quidquid in dubitationem uocatum eſt, atque omnis plane quæſtio, ſimul omnium ſententiis diſſoluatur. Accedit illud, quòd

non

non modo noſtra, uerum aliorum quoque ſcripta, tum antiqua, tum ætatis etiam noſtræ, legimus, & examinamus accurate, uel ad mores conformandos, uitamq; noſtram neceſſariis, ac ſapientibus præceptis informandam, uel ad animos noſtros theſauro ſcientiarum, qui nobis quidem omnibus di uitiis potior eſt, locupletandos. Duæ præterea ſunt ordinis noſtri ſocietates: quarum alteri hæc mandata cura eſt, ut res familiares, ut typographiam, ut negocia tam peregrina, quàm urbana, quidquid denique à miniſtris Academiæ, preſertim in ratione pecuniaria, tractatur, ſummo ſtudio cognoſcat: altera uero id ſuſcepit muneris, ac ſuſtinet egregie, ut communem concordiam, & exiſtimationem tueatur, nosq; ad utranque cohortetur; moneatq;, tum quibus adiungi amicitia, ac ſocietate debeamus, tum etiam, quos reiici, aut remoueri à noſtra conſuetudine conueniat, habita ratione admodum diligenter, quæ cuiuſque conditio, quæ profeſsio, quæ etiam natio ſit; meritis etiam examinatis primum cuiuſque noſtrũ, deinde eorum, qui nobis operam præbent, nec tamen ordinis noſtri ſunt, ut ea erga

unum-

unumquenque beneuolentiæ, honorisq; signa possimus ostendere, quæ cuiusque uirtus, aut dignitas, aut conditio requirit. quòd si uel nouæ leges ferendæ, uel inutiles abrogandæ sunt, aut consuetudines inducendæ commodo publico seruientes, aut amouendæ, quæ damnum illaturæ uideantur; his de rebus in nostro consilio grauissima, ac perattenta deliberatio est. His à principio institu ta, & his assidue legibus utitur, ac regitur Academia nostra; à quibus quemadmodū uoluntates nunquam nostræ dissidebunt, ita consentientes fore uoluntatibus actiones no stras, magnopere confidimus. cuius rei testi monium satis apertum hæc librorū à nobis edendorum, quam emittimus, afferet cōme moratio: in qua, ut in te, Princeps optime, huiusce maiestas Reip. fulget, sic patebunt, atque agnoscētur eorum fructuum quasi semina, quos & hactenus tulit, & latura in po sterum est Academia nostra: quiq; primus omnium fuit, hūc Ser. tuæ, simulq; reliquæ Illustr. Nobilitati deferimus nunc, atque di camus: idq; facimus adducti iudicio nostro, impulsi beneficio uestro, quandoquidē fruimur quiete tranquillissima, atque tutissima, omnibusq;

omnibusq; cõmodis, quibus hæc uere à ſum mo Deo condita urbs mirabiliter affluit, & poſtulare à nobis hoc, multoq; etiam præſtantiora uidentur præclaræ illæ, parũ exem plo cognitæ uirtutes, quæ in excelſa tua men te collocatæ dominantur affectibus humanis, & arcent omnem fortunæ uim, ipſæ per ſe illuſtres, conſpicuæ tamen aliquanto magis ex ea dignitate, qua nulla tibi maior à Veneta Nobilitate dari potuit, & ex ea religione, quam tu in uniuerſa tua uita, ab omni labe puram, integerrime coluiſti, quæq; te ad tantum faſtigium extulit, eoq; conſtituit in ſolio, ubi ſedes tu quidem iſto tanti imperii principatu inſignis, & clarus, uerum iis bonis, quæ in te ipſo ſunt, quæ tibi homines nõ dederunt, ſed accepiſti à Deo, accepiſti à te ipſo, admirandus, ac plane beatus. neque enim diiudicare facillimum eſt, utrum ſit ex tua dignitate lætitia maior uniuerſæ ciuitatis, quæ parentẽ, quæ Principem ſortita diuino munere talem ſit, an uero communem lætitiam tua gloria uincat, cum te principẽ creauerit, tuoq; in omni re conſilio regatur tam antiqua, nec nullo unquam tempore deprauata Nobilitas. Cui quidem uniuerſæ, tibiq;

tibiq;, ſumme Princeps, à benigniſsimo Deo ſecunda omnia precamur, id autem præter cetera, ut liberi ueſtri probitate quotidie magis, uirtuteq; excellãt, poſsintq; eximia ſua cum laude, quod ita fore confidimus, tot, ac tãtis præeſſe ciuitatibus, & prouinciis ueſtris habita ſemper ea iuſtitiæ, pietatisq; erga Deum ratione, quæ tum apud illuſtriss. ac ſereniss. maiores ueſtros, tũ apud te ipſum, omnemq; Nobilitatem præcipua fuit, atque omnium rerum antiquiſsima: hanc autem florentem omni laude Remp. uelit idẽ Deus non, ut alias, ætate conſeneſcere, atque extingui, ſed eodem in ſtatu conſeruari, atque etiam augeri, non, ut ullo ſæculorum ſpatio terminetur, ſed ut annis innumerabilibus, perpetuumq; Solis curſum æquantibus, eadem uigeat; nobis uero perficiendi ea, quæ laudabiliter & pie cogitamus, facultatem largiatur; poſtremo, cunctis, ſalutarem ſummi parentis legem obſeruantibus, eam pacis uſuram, quam huic maximc omnium inclytæ, ac florentiſsimæ ciuitati cum domeſtica ciuium concordia perpetuo fruendam conceſsit.

Ser. ueſtræ, ac Venetæ Nobilitatis ſtudioſiſsima clientela, Academia Veneta.

SVMMA LIBRORVM ACADEMIAE VENETAE.

THEOLOGIA

COmmentarius antea nunquam editus, in sexdecim prophetas, insigni doctrina, ac pietate.

De Prophetarum consensu libri tres. quorum primus, quod ad IESV CHRISTI, seruatoris nostri, ortum, obitum, reditum ad uitam attinet, sacros uates inter se mirifice conuenire ostendit. Alter gentes à Deo sibi ascitas, Iudæos contra reiectos aperte declarat. Tertius regnum admirabile IESV CHRISTI, quod quidem spiritus, ac ueritatis regnum est, præclare demonstrat.

Dauidis carmina de Hebræo expressa, una cum piis, præstantiq; eruditione refertis commentariis.

Commentarius exquisitus in Psalmos Dauidis.

De sanctissima Dauidis poesi disputatio: qua uates hic ostenditur, tum in dicendis Deo opt. max. laudibus, tum in exprimendis affectibus iis, quibus animi, ueræ salutis cupiditate incensi, afficiri solent, tanto ceteris poetis antecellere, quanto diuinus ille spiritus humano præstat ingenio.

Vetus Testamentum cum utilissimis explanationibus, quibus ille sub figurarum ænigmate reconditus sensus ante mentis oculos constituitur.

Vtrunque Testamentum, iuxta editionem à sacrosancta Romana Ecclesia iampridem approbatam.

Sanctum IESV CHRISTI Euangelium cum noua

interpretatione, è celeberrimis quibuſque theologis collecta.

D. Pauli epiſtolæ de Græco expreſſæ, una cum ſanctiſſimis in eas, ac probatiſſimis tam Græcorum, quàm Latinorum interpretum explicationibus.

D. Auguſtini de ciuitate Dei libri duo & uiginti, è latino uerſi, ac piis explicationibus illuſtrati.

Ducentæ homiliæ ex uariis theologorum libris tum Græcis, tum Latinis collectæ: uariis item linguis expreſſæ, ut, qui maximus eſt Chriſtianæ doctrinæ fructus, cunctis gentibus communicetur.

Omnia Diui Thomæ Aquinatis opera in tomos digeſta, plurimis locis emendata.

Cathena aurea Græca, in quam concordes ueterum theologorum congeſtæ ſunt ſententiæ.

Pretioſa Cathena in pſalmos Dauidis quadraginta.

Anaſtaſii commentarius cum allegoriis in primos ſex dies illos, quibus eſt mundus à Deo opt. max. conditus; in duodecim conciones diſtributus. Eiuſdem de diebus feſtis liber.

Diuerſorum in utrunque Teſtamentum commentarii perilluſtres, & legentibus admodum fructuoſi.

Diuerſorum in Salomonis prouerbia commentarii.

Diuerſorum in Iob commentarii.

Baſilii in Eſaiam commentarius.

Procopii commentarius in eundem.

Origenis opera à Magno Baſilio, & Gregorio Nazianzeno, quæ uiſa ſunt ipſis maxime pia, atque à Chriſtianorum dogmate minime diſſidentia, de plurimis ſelecta, atque in ſeptem & uiginti capita diſtributa, multis à mendis uindicata.

Maximi in Dionyſium Areopagitam commentarius.

Antiochi

Antiochi Pandectæ in tres & sexaginta conciones dispertitæ, quibus diuersorum theologorum in diuina præcepta explicationes, unaq; omnium hæresium reprehensio continetur.

Cyrilli Episcopi Hierosolymitani tres & uiginti de fide conciones.

Theodoreti de Græcorum affectuum curatione libri duodecim: quorum primo de fide disseritur: secundo de principiis rerum: tertio de diis, ac dæmonibus: quarto de mundi materia: quinto de hominis natura: sexto de diuina prouidentia: septimo de sacrificiis: octauo de martyrum honore: nono de legibus: decimo de ueris summi Dei oraculis, ac contra dæmonum falsis: undecimo de mundi fine, & supremo iudicio: duodecimo de ea uirtute, quæ in actione consistit.

Idem in D. Pauli epistolas.

Idem in psalmos Dauidis.

Eiusdem in Salomonis cantica commentarius.

Diui Ioannis Chrysostomi opus, quod inscribitur, Margaritæ.

Eiusdem opus, quod inscribitur, Andriantes.

D. Ephremi homiliæ.

Maximus de Christi mysteriis, ac confessione.

De spiritu Sancto disputatio, è sacrarum literarum fontibus deducta.

Disputatio aduersus Turcas.

Diadochi abatis theologica quædam.

Ioannis Damasceni theologia.

Athanasius de unitate trinitatis.

Idem aduersus Arrianos.

Disputatio aduersus Palamitas hæreticos.

Græci diuersorum auctorum in D. Ioannis Euangelium commentarii.
Gregorius Nyssenus in Genesin.
Lactantius Firmianus è Latino in Italicum sermonem conuersus, ac doctis simul & amplis commentariis illustratus.
Procli theologia, è Græco in Latinum uersa.
Dialogi quinque, non exigua pietate conspicui, denuo emendati.
Vtrunque Testamentum, una cum commentariis regali papyro typis expressum.
Rau Alphes cum explanationibus, &, ut quæ sequuntur, illustratus.
Rabbi Moses Maimon cum expositionibus.
More Neuchin cum commentario.
Menorat Hamaor.
Ialcuth.
Arba Turrim.
Rosch Amona.
Zeuach Pasach.
Sepher Hemmitzuoth magni, atque parui.
Haliuoth Olam.
Rabbi Iacob.
Beth Iacob.
En Iacob.
Rabbi Bachaiai.
Zeror Hamor.
Bereschith Raba.
Rabbi Salomo.
Par consensus.

IVS CANONICVM

Tomus quartus iuris Can. corpori, in quo, qui sequuntur, tractatus continentur, nuper adiectus.

Totius materiæ singulis titulis, uel rubricis appositæ tum per definitionem, tum uero per diuisionem breui ratione collecta terminorum explanatio.

Dubitandi, atque decidendi ratio, omnibus capitibus, quæ sunt innexa corpori, adiecta.

Practicæ obseruatio, atque Romanæ curiæ, & aliarum, à canonicis institutionibus excepta, in gratiæ simul, & iustitiæ materia, cum canonum notatione, & capitum.

Diuersi sensus, atque interpretationes cuique Canoni in canonico corpore contento, assignatæ, & è consiliis simul & explanationibus, repetitionibus, atque utriusque iurisconsultorum è tractatibus congestæ in remissionis modum constitutæ.

Dictionarium, quo solum propria iuris Can. uerba comprehenduntur.

Conciliorum, atque apostolicarum constitutionum à Iulio secundo Pont. max. decretarum ad præsens usque tempus compendium iuxta Canonum ordinem distributum.

Septem & uiginti diuersorum utriusque Iu. cons. explanationes nuper in lucem editæ.

Alexander Nieuus Vicentinus in decretales institutiones.

Am-

Ambroſius Vignatius in primum, & ſecundum decretalium librum.

Angelus Caſtrenſis in omnes decretalium libros.

Angelus Vbaldinus Peruſinus in decretalium quintum.

Bartholomæus Bellencinus in earum rerum titulum, quæ à præſulibus ſine capituli conſenſu factæ ſunt: & in uacantem ſedem apoſtolicam, inq; ferias: & quo ordine id cognoſcendum eſt, atque iudicandum in rem iudicatam, ac ſimul in quamplurimos titulos.

Bartholomæus Cepolla.

Benedictus Andreus Senenſis in primum, & ſecundum decretalium.

Benedictus Capra Peruſinus in decretalium primum, ſecundum, tertium, atque ſextum.

Cigion Epiſcopus Ilerdenſis in quartum decretalium.

Dominicus ſancti Geminiani in decretales inſtitutiones, totumq; decretum.

Franciſcus Manſuetus Peruſinus in primum, & ſecundum decretalium.

Iacobus Zoccus Ferrarienſis in decretalium primum, ſecundum, & quartum.
Idem in quartum decretalium, in ſponſalitiorum, matrimoniorum, & legitimæ materia.

Ioannes Cæſarinus in primum, ſecundum, & tertium decretalium.

Ioannes Fantutius Bononienſis in totius decreti librum, & in decretalium primum, & in decreti ſummam.

Ioannes Craſſius in totum decretum.

Ioan-

Ioannes Lignanus Mediolanenſis in decretalium primum, atque ſecundum, & in Clementinam.
Ioannes Riccius in decretalium primum, ſecundum, & tertium librum.
Gulielmus Durantes, Speculator appellatus, in ſextum decretalium librum.
Gulielmus de Monte Lauduno in Clementinam.
Hippolytus Marſilius in ſextum decretalium.
Hugo antiquus doctor in decretum.
Hugo Tienenſis in ſextum.
Lodriſius Criuellus Mediolanenſis in decretalium primum, atque ſecundum.
Marianus Socinus maior in decretalium quintum.
Martinus Lodenſis in primum decretalium.
Predocimus Continus Patauinus in ſecundum decretalium.
Simon Borſanus in Clementinam.
Theodoſius in decretalium tertium.

Repertorium.

Recens repertorium generale, & deciſiuum, quo continetur eccleſiaſtici fori practica; ex diuerſis doctorum rotæ, atque fororum locis congeſtum; in alphabeti ſeriem digeſtum.

Adductiones.

Adductionum liber in tomos plurimos diſtributus, atque ex quamplurimis nouis informationibus compoſitus; ſcriptis in uariis ætatibus ab egregiis patronis, conciſtorialibus doctoribus, & cauſi-

cauſidicis tam in ſuis cauſſis, quàm in fori Romani, & externi tractationibus : quibus adiuncta ſunt ſummaria ſimul cum repertoriis.

Regulæ.

Apoſtolicæ cancellariæ regularum uolumen cum textu, & Alphonſi Sotti Hiſpani gloſſa, quarum ſingulis ſunt appoſitæ quæſtiones editæ, & non editæ Ludouici Gomeſii, & Caſſiodori, olim Auditorum Rotæ, una cum illis Caroli Molinei, omnibus mendis, & erratis diligenter purgatæ, omnes ſolerti ſtudio in nouum ordinem congeſtæ, cum ſummario, & repertorio.

Tractatus, conſilia, deciſiones, & diſputationes.

Conſilia, deciſiones, & diſputationes una cum tractatibus congeſtæ, quarum mentio fiet in ordine ſecundo ſub legum ciuilium titulo; quò reiicimus lectorem.

Repetitiones LXXXI.

In quamplurimos canones diuerſorum doctorum libri duo repetitionum, denuo emendati, & ad titulorum ordinem redacti, cum ſummariis, & repertoriis.

LVI. Repetitiones in primum in decretales institutiones librum.

Ioannes Calderinus in proœmium decretalium.

De constitutionibus.

Boscus Codeca in constitutionum titulum.
Petrus Ancaranus in primum constitutionum caput.
Abbas Siculus in caput, quod incipit, Ecclesiæ sanctæ Mariæ.
Iacobus Zoccus Ferrariensis in caput, Cum cognoscamus.
Ioannes Baptista Ferretus Vicentinus in caput, quod incipit, Cum omnes: & in alterum, Cum Marcus Ferrariensis.

De rescriptis.

Ioannes Calderinus in caput, quod sic incipit, Coram nobis retulisti.
Idem in caput, quod incipit, Apostolicum mandatum.
Idem in illud, Ab excommunicato, qui est contra generalis concilii statuta.

De repetitione præsulum à superiore per gratiam elegendorum.

Paulus Liazarus in caput, quod incipit, Etsi concorditer uota uestra concurrunt.

De electione, & electi auctoritate.

Idem Paulus in hunc titulum.
Idem in caput, Nemo in Ecclesia, ubi duo, uel tres fuerint.
Ioannes Calderinus in idem caput superioris tituli.
Idem in caput, Cum in antiqua lege.

De Legati Pontificii munere.

Ioannes Riccius in hunc titulum, & in primum caput.

De iudicibus.

Andreas Alciatus in primum caput de iudicibus.

De competenti foro.

Abbas Siculus in caput, Si quis contra clericum.

De ordine seruando in iudicibus.

Ioannes Calderinus in huius ordinis titulum.
Idem in eiusdem tituli caput, quod incipit, Cum acce-

acceperim, quòd, cum mulier quædam in uirum suum quendam peteret.
Idem in caput, cuius est initium, quempiam de facto spoliasse.

De possessi, & proprietatis causa.

Paulus Liazarus in hunc titulum.
Idem in caput, de officio Pastorali.
Ioannes Calderinus in caput, Cum dilectus.

De spoliatorum restitutione.

Paulus Liazarus in huius restitutionis titulum.
Idem in caput, In tuis literis.

De fraude, & contumacia.

Idem Paulus in hunc titulum.
Idem in caput, quod incipit, Cum litibus finem imponere desideremus, ne partes grauiter afficiantur.

De iis, qui in iudicio fatentur.

Idem Paulus in horum titulum.
Idem auctor in caput, quod sic incipit, Abbatis, & conuentus sanctæ Mariæ nomine.

De probandi ratione.

Paulus Liazarus in hunc titulum.

Idem in caput, Tertio fuit à nobis requisitus.
Ioannes Calderinus in caput, Posteaquam cessit.

De testibus.

Paulus Liazarus in testium titulum.
Idem in caput, Cum nuncius.
Auctor in caput, Illius testimonium.

De cogendis testibus.

Ioannes Calderinus in caput, De dilectis filiis.

De fide habenda scripturis solennibus, & approbatis.

Andreas Barbazza in hunc titulum.

De iureiurando.

Antonius Corsetus in hunc ipsum titulum.
Antonius Rosellus in caput, Cum interdum eueniat.

De præscriptionibus.

Petrus Vbaldus Perusinus in caput, Si diligenti.

De appellationibus.

Ioannes Calderinus in caput, Tuo nomine.

De

De habitatione clerici simul cum mulieribus.

Ioannes Calderinus in caput, Tua pietas in Deum max. iudicauit.
Antonius Butrius in idem caput.

De concessione præbendæ, & ecclesiæ non uacantis.

Ioannes Calderinus in caput, Cum ab aures nostras peruenerit.
Idem in caput, Petiistis.

De bonis ecclesiæ non alienandis.

Ioannes Calderinus in caput, Si quis presbyter, diaconus, uel defensor.

De donationibus.

Ioannes Calderinus in caput, Ob ingratum eius animum.

De testamentis.

Matthæus Nerucius in eundem titulum.
Ioannes Crottus in caput, Rainucius.

De

De accusationibus.

Marianus Socinus maior in caput, Quo modo, & quando.

De raptoribus, incendiariis, & ecclesiarum uiolatoribus.

Ioannes Calderinus in hunc titulum.

De usuris.

Ioannes Calderinus in caput, si nauiganti.

De pœnitentia, & remissione.

Gaspar Calderinus in caput, Responsione nostra confirmari quæsiuisti.
Antonius Rosellus in caput, Illud uero, quod nos consuluisti.
Iacobus Zoccus Ferrariensis in caput, Fidelissimus quisque utriusque sexus.

De regulis rationum.

Antonius Rosellus in caput, Cum in contemplationibus.

Repe-

Repetitiones XXV in decretum sextum, & Clementinas.

Azzon in decreti titulum.
Baptista sancti Blasiii in hunc ipsum titulum.
Azzon in caput, Humanum genus distinctione prima.
Idem in secunda causa, prima quæstione, in caput, In aliquem sententiam proferre non possumus.
Idem in eadem causa, & quæstione, in caput, Vt sine iudicio.
Idem in caput, Eiusdem igitur causæ, & quæstionis.
Laurentius Rodulphus in causa duodecima, & secunda quæstione, in caput, Sine aliqua exceptione decernimus.
Idem in sextadecima causa, & prima quæstione, in caput, Monachi.

De constitutionibus in sexto.

Ioannes Crottus de Monteferrato in harum constitutionum titulum.
Auctor in primum eiusdem tituli caput.
Idem in caput, Vt animarum periculis caueatur.
Franciscus Zabarella in idem.

De rescriptis in sexto.

Ioannes Crottus in titulum.

Idem

Idem in primum eiusdem tituli caput.

Alexander Antillus in caput, cuius est initium, Tibi qui in Biturecensi ecclesia à nobis gratiam impetrasti.

Petrus Ancaranus in caput, Si ut æs alienum soluas.

De competenti foro.

Iacobus Beluisius in primum caput §. contrahentes.

Quonam modo præsulum negligẽtiæ caueatur.

Antonius Corsettus in titulum.

De conuentionibus.

Georgius Natta in caput, Etsi de conuentionibus.

De testamentis.

Arnaldus Solerius in caput, Si pater.

Bartolus Sarcianus in idem.

Clementinæ de officio ordinariorum.

Stephanus Auphrerus in Clementinam, quòd clerici.

De iudiciis.

Ioannes Riccius in Clementinam, Pernicioſa litium mora.

De uerborum significatione.

Georgius Natta in Clementinam, Sæpenumero accidere solet.

Ioannes Riccius in eandem.

Metaphysica

METAPHYSICA

In Aristotelis Metaphysica dialogus, in duodecim libros distributus, in quem doctissimorum, ac celeberrimorum; qui in ea commentarios ediderunt, Græcorum, Arabum, & Latinorum, congestæ sunt sententiæ.

In primum Metaphysices librum disputatio, nondum edita.

Metaphysices liber duodecimus de Græco expressus, ac doctis commentariis illustratus.

Mercurii Trismegisti Pimander, & Asclepius è Græco in Latinum conuersi una cum doctissimis, & amplissimis in eos commentariis, è quibus facile colligitur, auctorem illum præstantissimum proxime ad Mosis, Pythagoræ, Eudoxi, Platonis, aliorumq; doctrinam, & sapientiam accessisse: atque ab eo uniuersam ferme ueterum theologorum doctrinam defluxisse.

Iamblichus è Græco in Latinum uersus, ac docta explanatione illustratus, à quo præter utilitatem, quæ ab Aegyptiorum, Chaldeorum, & Assyriorum mysteriis percipietur; summa etiam inde cognitio eius philosophiæ, in qua Plato, ac Pythagoras in primis claruernnt, comparari poterit.

De summa Dei gloria libri quatuor, quorum primo de eius potestate, atque infinitate: secundo de eius sapientia: tertio, an ipse causa absoluta dici possit: quarto de eius prouidentia disseritur.

De angelicis, & humanis mentibus libri tres, quorum primo quæritur, quid sit mens, quorsum à

Deo creata, an uera sit Auicennæ sententia, mentes ipsas alteram ab altera pendere: secundo de angelicis mentibus, earumq; substantia, & operationibus disputatur: tertio de hominis mente; quo loco ualidissimis argumentis animæ nostræ probatur immortalitas.

Augustini Niphi philosophi præstantissimi de mente libri sex.

Item tres de dæmonibus è Latino in Italicum sermonem conuersi.

Francisci Georgii Veneti de Armonia mundi uolumen Italice redditum, ac multis in locis locupletatum additionibus.

Marsilii Ficini de animæ immortalitate Platonica theologia è Latino in Italicum sermonem uersa.

Syriani antiqui philosophi Platonici in tres Aristotelis Metaphysicorum libros commentarius, è Græca lingua in Latinam translatus.

Diuersorum in omnia fere Platonis opera commentarii, latinitate donati.

Alexandri Aphrodisiensis Metaphysica.

Omnium Aristotelis index tabulæ, Græcus, Latinus, & Italicus.

PHYSICA

De montium origine dialogus antehac nunquam editus.

Platonis Timæus, Phædo, Parmenides, Phædrus, e' Græco in Italicum sermonem uersi, ac doctis commentariis illustrati.

De motu naturali disputatio in quinque libros distributa: quorum primo de motu, ac mutatione in genere differitur: secundo de alteratione: tertio de generatione, ac corruptione: quarto de incremento, & diminutione: quinto de motu locali, quo quidem in libro perspicuum fit immerito Platonem ab Aristotele, primo de anima libro reprehendi.

De ueterum philosophorum, qui de rerum natura tradiderunt sententiis disputatio, quas refellit Aristoteles, in tres libros distributa, quorum primo Parmenidis, Melissi, Heracliti, ac Democriti de rebus naturalibus sententiæ aperiuntur: secundo, quidnam de rebus diuinis iidem senserint, differitur: tertio ostenditur iniuria fortasse alicubi eorum uerba, alicubi uero & opiniones ab Aristotele reiici, eodemq; tempore eiusdem argumentis respondetur.

Aristotelis Physica e' Græco in Latinum uersa, ac doctis commentariis explicata, quibus additæ sunt sententiæ celeberrimorum, qui in eam scripserunt, interpretum, Arabum uidelicet, Græcorum, ac Latinorum.

In octo Aristotelis Physicorum libros Dialogus.

In octo Aristotelis Physicorum libros paraphrasis, in qua auctor Themistium in primis sequens: atque in nonnullis ab illo dissentiens, & aptissimis digressionibus utens, intima philosophi sensa penitissime rimatur.

In quatuor Aristotelis de cælo libros paraphrasis, in qua auctor Simplicium maxime sequens: atque in quibusdam ab eo etiam dissidens, & commode digrediens, quid philosophus senserit, facillime aperit.

In quatuor de cælo Aristotelis libros dialogus, in quatuor libros distributus.

In duos Aristotelis de generatione, & corruptione libros paraphrasis.

In eosdem dialogus.

Peripateticorum, qui in tres Aristotelis de anima libros commentarios scripserunt, comparatio, in qua perspicuum fit, optime omnium philosophi sensa à Themistio, Philopono, & Simplicio percepta, ac intellecta fuisse.

Paraphrasis in libros Aristotelis de anima.

In parua Aristotelis naturalia dialogus in X libros distributus, qui præter doctissimorum interpretum Themistii, Alexandri, & Michaelis Ephesii sententias, aliorum etiam eruditissimorum hominum accuratas commentationes amplectitur.

In quatuor Aristotelis meteororum libros paraphrasis, in qua auctor Græcos interpretes in primis sequens, atque in nonnullis ab iisdem dissentiens uarias addit obseruationes.

Stobæus de rebus naturalibus & Græcus, & Latinus nuper emendatus.

Sextus

Sextus Empiricus uariæ, atque absolutæ eruditionis è Græco in Latinum conuersus.

Buccaferreæ in primum, & secundum Aristotelis physicorum librum, ac de cælo scholæ Patauinæ prælectiones.

In Aristotelis meteora eiusdem commentarius.

M. Antonii Genuæ in Aristotelis de cælo, de anima, & physicorum libros scholæ Patauinæ.

De colorum natura, & eorum qualitate liber.

De metallorum natura, ac differentia liber.

De gemmis liber cum earum nominibus antiquis, ac recentibus.

Stephanus Alexandrinus de metallis, ac gemmis.

De somniis disputationes.

Synesius de somniis.

Dio de somniis, cum Nicephori commentariis.

Theodorus Metochita de philosophorum sententiis.

Idem in uniuersam physicen.

Nouæ disputationes de memoria, ac reminiscentia.

De uita, & morte.

De quinque sensibus exterioribus.

De secunda, & aduersa fortuna.

De uera pulchritudine.

Hemesius de hominis natura.

In omnes Platonis libros latinæ definitiones, uel inscriptiones.

MEDICINA

Disputationes in quosdam Hippocratis, & Galeni libros, quæ ad percipiendam medicinæ cognitionem maxime necessariæ uidentur: in quibus primum de methodo in genere differitur: deinde præcipua eorum morborum, quibus uniuersum corpus humanum affici solet, curationem docetur: diuertitur cum trecentis, & amplius illustratis Hippocratis locis.

In Hippocratis librum de aere, locis, & aqua commentarius, ea philosophia refertus, quæ præstanti medico est in primis necessaria.

Paradoxon ad medicinam pertinens nullam febrim esse putridam præter pestilentem, in qua sanguinis missio nunquam fere est necessaria.

Literarum de medicina uolumen Italico sermone conscriptum, in quo insunt consilia, quæstiones aliorum scriptorum, eorum, quæ ab aliis scripta sunt, examinationes, aliaq; permulta eiusmodi.

Omnia Montani Veronensis opera suo pristino nitori, ac ueritati restituta.

Galeni libellus ante hac nunquam editus.

Hippocratis aphorismorum interpretatio.

ARITHMETICA

Diophantis Arithmetica Græca, & Latina nondum edita, cum maximi Planudis ſcholiis.

Ioannes Grammaticus in Nicomachi arithmeticen.

Simplicii commentarius in eandem.

Cleomedis arithmetica.

Tartaliæ arithmetica latine reddita, cum ſcholiis, & annotationibus.

Diſputatio in infinitum numerum, ubi aperte oſtenditur in infinitum numeros extendi poſſe, atque unumquodque corpus infinitos motus ad centrum ſuum habere poſſe, ſcientias quoque demonſtratiuas habere infinitas propoſitiones.

Centum uiginti ſeptem naturales propoſitiones noua quadam numerorum ratione demonſtratæ.

Arithmeticæ demonſtrationes ex VII, VIII, ac IX Euclidis libro, commentariis, numerorumq; exemplis illuſtratæ.

GEOMETRIA

Serenus de Cylindro Græcus, & Latinus.
Archimedis libri duo, de iis, quæ in aquis ſupernatant, latine redditi; quorum alter editionem prio rem longo poſt ſe interuallo relinquit, alter uero nondum eſt impreſſus.
Papæ Alexandrini Mathematices collectanea Græca, & Latina.
Euclidis è Græco in Italicum ſermonem uerſus una cum plurimis in eundem annotationibus.
Ioannes de Monte regio de triangulis in Italicum ſermonem translatus.
Ioannes Stoflerinus de Aſtrolabio Italicæ redditus cum geometricis demonſtrationibus.
Tartaliæ geometria uariis linguis expreſſa.
In Procli Eucliden libri quatuor latinitate donati.
Apollonii Pergæi Conicorum liber, cum Eutocii Aſcalonitæ commentariis nuper conuerſus.
Apollonius Pergæus emendatus, ac commentariis illuſtratus.
Archimedes cum commentariis.
Vitellio emendatus.
Omnes geometricæ propoſitiones à uariis auctoribus approbatæ, quibus aduerſarius ad impoſſibile deducitur: nunc euidentiſſime demonſtratæ.

PER-

PERSPECTIVA

Ptolomæi perſpectiua ex Arabico in Latinum uerſa, nondum edita.
Allhaceni perſpectiua ex Arabico in Latinum nuper uerſa, ex quo libro magnam doctrinæ ſuæ partem Vitellio decerpſit.
Rogerii Bacconis perſpectiua Latina, & recens.
Euclidis perſpectiua, aliaq; eiuſdem argumenti proxime uerſa.

MVSICA

Ptolomæi Musices Theorice græca nondum impressa, cum latina interpretatione, & Porphyrii commentariis.

Cantus liber nouus theoricus.

Ptolomæus de harmonia cum Porphyrii commentariis græcus, & latinus recens factus.

Aristidis Quintiliani musica.

In Ptolomæi musicen Aristidis explicatio.

Euclidis Musice.

Ludouici Folliani musices theorice è latino in italicum sermonem uersa cum quibusdam annotationibus ad confirmandam auctoris sententiam.

Iacobi Fabri musice demonstrationes italico sermone expressæ.

Disputatio in qua per demonstrationem ostenditur, an Musice à Geometria, uel Arithmetica pendeat.

Qualitates, & circunstantiæ, quibus uti debet is, qui musicos cuiusque generis concentus uelit componere, ubi perspicuum fit, quantum posse intersecationem illam interuallorum chromaticorum, atque enharmonicorum in genere diatonico.

Mundi harmonia, è qua colligitur, qui soni musici de sphærarum cælestium conuersione, atque itidem de reliquis naturalibus procedere soleant.

ASTROLOGIA

Autolici libri duo, alter quidem de sphæra mobili, alter uero de ortu, & occasu signorum neuter adhuc græce, aut latine editus.
Euclydis Phænomena, è græco in latinum recens, ac fideliter uersa.
Theodosii de sphæra liber latine redditus.
Theodorus Metochita.
Opera Albategni, Hylec, & Alcochoden.
Tabulæ directionum Ali.
Isaacci Argentarii de solis, ac lunæ orbibus disciplina, rationi maxime consentanea.
De uariis, quæ ad astrologiam pertinent, explicatæ sententiæ.
In Ptolomæi Quadrupartita commentarius.
Eiusdem Almagesti epitomæ
Gregoras, & Philoponus de astrolabio.

GEOGRAPHIA

Recens geographia, in qua descripta est uniuersa terra, & mare, dehinc singulæ prouinciæ, tum quæ ad orientem, quæq; ad occidentem, tum quæ ad septentrionem, & meridiem uergunt, una cum regionibus, urbibus, montibus, & fluuiis, quibus addita sunt nomina tum uetera, tum recentia cum parallelis, & gradibus; opus multo amplius, & aptiore digestum ordine, quàm ea, quæ & ab antiquis, & à recentioribus conscripta sunt.

Dictionarium, quo continentur omnes prouinciæ, urbes, oppida, montes, nemora, maria, flumina, lacus, riui, fontes, aliaq; eiusdem argumenti latine, & italice conscripta.

Vniuersalis descriptio totius ueteris, & nouæ Germaniæ, cum diuisione singularum prouinciarum, ac regionum.

Accurata descriptio prouinciarum, ac regnorum Catholici regis, uidelicet Hispaniarum, Indiarum, Sardiniæ, Maioricæ, Minoricæ, Siciliæ, Neapolis, Mediolani, atque inferioris Germaniæ.

Descriptio eiusdem modi regni Galliarum, cum nominibus recentioribus Gallicis, & Italicis.

Insulæ utriusque maris Italici.

Accurata, ac diligens descriptio Britanniæ, & Scotiæ.

Vniuersalis descriptio omnium prouinciarum, quibus Turcarum Imperator hodie dominatur.

Omnes

Omnes portus nauigationum, quæ fiunt tum in mari Mediterraneo, tum etiam in Oceano.

Portus urbium Germaniæ maritimarum.

Ptolomæus cum tabulis multo fidelius, & copiosius descriptis, quàm quæ hactenus prodierunt.

Strabo cum tabulis ad earum similitudinem, quæ Ptolomæo addantur, Europæ, Africæ, & Asiæ cum prouinciis, regionibus, oppidis, montibus, & fluuiis, nominibus suis tam antiquis, quàm nouis expressis cum climatibus, parallelis, & gradibus.

Solinus cum eiusdem modi tabulis.

Theodosius de habitatione.

Liber de diebus, ac noctibus de Græco expressus.

MILITIA

Quæstio quid sit bellum, quibus ue de causis institutum, deinde quæ partes sint boni Imperatoris, ac præfecti, legati, & militis, cum ratione castrametandi, leues pugnas conserendi, & tota acie dimicandi, oppugnandi etiam, & tuendi cuiuslibet loci.

Disputatio de præcipuis, & necessariis instrumentis bellicis cum nonnullis tum lædendum, tum ad defendendum præceptis.

Nouæ & ualde utiles obseruationes ad comparandam annonam, eaque omnia, quæ ad urbem ab hostium impetu tuendam possint conducere.

Obseruati ordines in bello tam à ducibus, quàm à militibus Germanis: & eorum armandi consuetudo.

Equitum, ac peditum germanorum numerus uariis imperatoriis comitiis rogatus ad imperii, & totius Germaniæ defensionem aduersus Turcarum Imperatorem, alios ue principes ipsi aduersantes.

Disputatio de Heluetiorum, ac Phrisiorum reipublicæ administratione, fœderibus, & militia, qua perspicuum fit, quamproxime ad Macedonum phalangis instruendæ rationem accedant.

Classium numerus, & ordo, quæ in oris Germaniæ, Belgicæ, & Britanniæ maritimis armari solent, cum earum differentiis, personis, & instrumentis militiæ naualis.

Disputatio de ueteri, & recenti militia, ubi quæritur, quid inter se ambæ ob temporum mutationem

diffe-

differant: deinde ostenditur quantum adiumenti adferat ueteris militiæ cognitio iis, qui hac ætate bellicarum artium studio uersantur.

Dialogus de perfecto imperatore in quatuor libros distributus, quorum primo quæstio est an ei necessaria sint literarum, & scientiarum studia ad intelligendas bellicorum effectuum causas, an practicæ tantum, & militaribus studiis incumbendum sit: secundo explicatur, quænam artes, & scientiæ in rem ipsius potissimum sint quinque auctores de iis optime omnium scripserint: tertio differitur quibus corporis exercitationibus danda sit opera, & quibusnam artibus ad hunc finem perueniri possit: quarto continentur permulta artificia, quibus illi utendum est iuxta occasiones, cum disputatione in fine addita eorum, qui optime omnium de re militari scripserunt.

Mirandulæ Casertæ episcopi, de honore libri septem, in quibus de duello potissimum agitur.

Insignium uictoriarum & ueterum, & recentium causæ.

Onosander Platonicus de optimo imperatore accurate de Græco in uarias linguas conuersus cum ueterum, & recentium imperatorum exemplis quibus auctoris ars locis suis probatur.

Flauius Vegetius de re militari summo studio uersus, addita figurarum iuxta ueram, ac ueterem formam descriptione.

Sextus Iulius Frontinus de stratagematis è latino in uarias linguas conuersus.

Athenæus de instrumentis, & machinis bellicis, cum plurimis figuris.

Tartalia

Tartalia auctor utiliſſimus de permultis rebus ad artem militarem ætatis noſtræ pertinentibus in uarias linguas conuerſus.

IVS CIVILE

Iuris ciuilis corpori sextus tomus adiectus, in duodecim tractatus dispertitus.

Vniuersæ materiæ tum per definitionem, tum uero per cuiusque tituli, uel rubricæ diuisionem terminorum explanatio.

Dubitandi, atque decidendi ratio cum omnibus legibus, quæ in iuris ciuilis corpore continentur.

Consilia hinc inde excellentissimorum doctorum super pluribus casibus decisis cum dubiis & solutionibus dubiorum hinc inde datis, & cum sententiis prolatis usque ad numerum quinquaginta, quæ constituerit integrum corpus consiliorum, cum multæ sint causæ, in quibus adsint hinc inde ultra decem excellentissimorum doctorum consilia: & ex quibus super unoquoque casu uera decisio colligitur, & inter alios est casus nouiss. impressus per Socinum cons. xlvi. uolu. iii. cum quo Alciatus, Catus, Lelius Taurellus, Ioannes Ronghegallus, Boncompagnus Bononiensis, Rota Florentina, & alii excellentissimi concurrunt, & addendo se subscribunt, & sententia lata comprobatur omnium ueritas, quod idem & in aliis est.

Quæstiones diuersorum ultra ccc.

Annotationes diuersæ in legem quamlibet citra illas Alciati, Budei, & aliorum, quæ typis impressæ sunt. in legem quamlibet interpretationes ab antiquis iureconsultis literis expressæ, quos seriatim singulos cuique legere licebit, ut sunt

Oldradus
Iacobus Arena
Andreas Pisanus
Riccardus Malombr-
Dynus
Guido Suzzarius
Iacobus Rauanus
Gulielmus Cuneius
Petrus Bellapertica
Cynus
Iacobus Butrigarius
Martinus Sillimanus
Ranerius Foroliuiensis
Iacobus Beluisius
Gabriel Oselettus
Franciscus Ramponus
Odoffredus

Veterum Iurisconsultorum elocutionis generalis obseruatio in quinquaginta digestorum libris contempta, hactenus non cuiquam perspecta, in alphabeti ordinem distributa.

Sensus, & intelligentiæ, quæ cuique legi à toto corpore ciuili amplexæ, uarie sunt expositæ, una ex diuersis Iurisconsultorum locis congestæ tum in consiliis, tum uero lectionibus, repetitionibus, atque tractatibus, & breuiter per remissionem constitutæ.

Omnes Broccardi Pileii, & Azzonis ueterum interpretum, Petrus Bellapertica, Damasus, & Bartholomæus Brixiensis, cum suis explanationibus, & concordantiis in locos communes acti, atque congesti.

Vni-

Vniuersa legalis scientiæ genera, quæ sunt maximæ propositiones in alphabetum constituta, cum suis expositionibus.

Constitutiones Federici, & Theodosii imperatorum, quæ sunt extra iuris ciuilis corpora cum suis interpretationibus.

Iuris ciuilis, legumq; abbreuiationes nuper è græco in latinum conuersæ.

Iuris ciuilis explanationes non amplius in lucem editæ.

Augustinus Bonfranciscus in infortiati ff. noui secundam.

Ambrosius Oppizzonus in titulum substitutionum, pupillis, & aliis factarum.

Ambrosius Vignatus in primam codicis.

Andreas Barutus in tres codicis libros.

Andreas Maricunda in primam infortiati.

Angelus Aretinus in i. ff. uetus, & nouum.

Angelus Vbaldus iunior in codicis secundam.

Antonius Alexander in secundam ff. ueteris, & primam codicis, & infortiati.

Antonius Palmerius in secundam ff. ueteris.

Baptista sancti Blasii in actionum, & publicorum iudiciorum titulos.

Baptista sancti Petri in primam ff. ueteris, & codicis.

Benedictus Barsius Perusinus in primam ff. ueteris.

Campegii explanationes super C.

Cynus in codicem cum Ranerii additionibus.
Cato Saccus in prima, & in secunda ff. uet.
Dionysius Perusinus in primam ff. ueteris, & in titulum, De re iudicata.
Dynus Mugellus in i. ff. infortiati, & digesti.
Florianus sancti Petri in codicem.
Franciscus Capidilista in codicem, & in titulum, Rerum mutuo datarum.
Franciscus Curtius senior in primam, & secundam codicis.
Franciscus Sæua in secundam codicis.
Franciscus Ramponus Bononiensis in primum, secundum, tertium, & quintum codicis.
Gaspar Arengheria in primam digesti ueteris.
Gabriel Oselettus in codicem, usque ad titulum, qui incipit, De suis, & legitimis hæredibus, ubi sunt aliæ additiones ueterum doctorum.
Iacobus Arena in digestum nouum.
Iacobus Beluisius in totum corpus iuris ciuilis.
Iacobus Puteus in primam infortiati, & primam, & secundam digesti noui.
Iacobus Butrigarius in ff. no. & in i. ff. uet.
Iacobus Butrigarius in ff.
Ioannes Capidilista in primam, & secundam codicis.
Ioannes Copula in primam codicis.
Ioannes Grassius in primam, & secundam ff. ueteris, & noui, & in primam codicis.
Ioannes de monte Sperello, alias Petrus Perusinus in codicem.
Ioannes Puteus in titulum, acquirendarum possessionum.

Ioan-

Ioannes Riminaldus in secundam ff. ueteris.
Ioannes Blanoschus antiquissimus in titulum, Actionum institutionum emendatum.
Hieronymus Tortus Papiensis in primam, & secundam codicis, & in primam ff. noui, & in infortiatum.
Gulielmus Cuneus in ff. uetus.
Hippolytus Riminaldus in secundam codicis.
Laomedon Sacratus in institutiones.
Martinus Lodensis in primam ff. ueteris.
Martinus Sublimanus in primam C.
Nicolaus Spinellus Neapolitanus in infortiatum.
Pauli Castrensis explanationes duæ Patauii, quarum una est in secundam ff. ueteris, & altera in primam noui.
Petrus de Allegiis Cremonensis super C.
Petri Parpaliæ explanatio.
Petrus Blancus in codicem.
Raymundi de Salgues secreta decretorum.
Ranerius Foroliuiensis in codicem.
Raynaldus Foroliuiensis in ff. uet. & inf. & aliæ rep.
Sylluester Landus in institutiones.
Vincentius Palleotus in ff. uetus, & in codicem.

Repertoria.

Recens, atque generale repertorium, & decisiuum, quo legales scientiæ materiæ comprehenduntur, in plures tomos distinctus, & in alphabetum constitutus non modo ab explanationibus, repetitionibus, consiliis, atque Iureconsultorum tractatibus congestum; sed etiam à ceteris repertoriis, quibus

quibus hactenus quisque usus est,& presertim ab eo, quod Ioannes Firmanus composuit.

Antonius Corsettus in Abbatem.
Antonius Pratensis in Bartolum.
Celsus Dissutus in Felynum.
Ioannes Milus.
Mathæus Vicus Maceratensis.
Ludouicus Cortusus Patauinus.
Arnoldus Tiricus Orlandus.

Et hos citra ab infrascriptis, qui nullius adhuc nominis fuere, scilicet

Angelus Perusinus.
Ioannes Calderinus.
Gaspar Calderinus.
Antonius Butrius.
Antonius Gentilis.
Salutius Perusinus.
Bartholomæus è colle uallis Elsæ.

Decisiones.

Decisio ex cunctis Rotæ decisionibus, & colloquiis hincinde factis congesta denuo collecta, & in tres tomos distincta: quorum primo comprehenduntur antiquissimæ, antiquæ, & nouæ decisiones Ro. Rotæ, cum ueteribus additionibus, & Papazoni,& conclusionum ex illis collectarum à Dominico sancti Geminiani, non amplius uisarum: citra quas in eo tomo existunt illæ Gulielmi Cassiodori, & Bellameræ, congestæ sub titulis, iuxta canonum ordinem. Secundus continet omnes regni Neapolis decisiones collectas

à Ma-

à Matthæo Afflicto, ab Antonio Capicio, & Thoma Grammatico pariter constitutas, sub titulis à legibus decretis. Tertius complectitur decisiones Franciæ, Delfinati, & capellæ Tolosæ, Hispaniæ, & Burgundiæ ad compendium redactas à duobus Nicolai Boerii uoluminibus, & eas etiam Iaffredi Lanfrancii Balbi; omnes pariter iuxta titulos constitutas.

Tractatus.

Secunda pars tractatuum in plura uolumina distributa citra decem, & octo, quæ hactenus edita cernuntur, quæ infrascriptos tractatus non amplius in lucem editos complectetur.

Speculum Principum Bellugæ Hispani.

Notanda Modesti Pollentoni.

Gratiani Scalæ.

Aquilia Floriani sancti Petri.

Nicolaus Alexander Perusinus circa alimenta.

Castellanus M. Salui filius de testamentis.

Thomas Diplouatacius de Iure consultorum, & clarissimorum doctorum præstantia.

Ioannes Grassius actionum arbor nuncupatus.

De iudice, deq; ordine, & iudiciaria obseruatione Falleti.

De feudatario, & utcunque feudorum materia foret apud Romanos cognita eiusdem auctoris.

De Cardinalium potestate sede uacante.

De annuis prouentibus, Ferdinandi Corduensis

De ordine iudiciario, Egidii Fuscari.

Boneguidæ Aretini de dispensationibus.

Appellatio Broccardi de præsumptionibus.

De

De arbitris, cauſidicis, de communi mutuorum erro re, deq; legaliter argumentandi ratione.
Catonis Papienſis.
De officiis, Benedicti à Plombino.
Qui poſt commiſſum facinus fit clericus, Angeli Ca ſtrenſis.
De abſolutione ad cautionem, Petri Tolleti.
De teſtamento fœneratoris, & publicanorum, de termino accuſatori ſtatuendo, de materia piſtri - norum, de excuſſionibus, de immunitate docto - rum, et ſi cauſæ inter affines, uel conſan guineos ſint compromittendæ, Andreæ Baruti.
De actionibus, & arbitriis, Lanfrancii Oriani.
De inſinuatione inſtrumentorum, Franciſci Ti - grini.
De poteſtate eccleſiaſtica, Baldi Peruſini.
De bello, Ioannis Lignani.
De ratione legaliter argumentandi, Iacobi Beluiſii.
De ſchiſma, Petri Moreſini.
De ſchiſma, Antonii Butrii.
De poteſtate ſummi Pontificis, Raphaelis Fulgoſii.
De donatione Conſtantini, Raphaelis Fulgoſii.
De auctoritate eccleſiæ, & conciliorum, Ludouici Romani.
De catholico conſenſu, Nicolai Caſæ.
De concilio, Martini Lodenſis.
De clericorum immunitate, Lanfrancii Oriani.
De hypothecaria actione, Antonii Roſelli.
De canonica portione, Franciſci Tuderti.
De argumento, uel præſumptione, Iacobi Arenæ.
De caſibus, in quibus non opponitur de excuſſione, Antonii Rondinelli.

De

De contractibus societatum, Petri Vbaldi.
De inuocatione brachii sæcularis per ecclesiasticum.
De limitationibus ad regulam, quod sine iudice nemini sese ulcisci licet, Antonii Rondinelli.
De casibus, in quibus per scripturas probatio conceditur, Angeli Vbaldi Perusini.
De casibus, in quibus forum quis sortiatur, Antonii Rondinelli.
De casibus, in quibus quis pœna capitis puniatur, Antonii Rondinelli.
De casibus solum principi reseruatis, Franciſci Bulcinii.
De cautionibus, uel causidicorum cauillationibus, Ioannis Dei Hispani.
De conclusione in causa, Petri Pisani.
De dictionibus, & uerbis, Antonii Rondinelli.
De uariis quæstionibus, Martini Lodensis.
De expensis, quæ fiunt in iudicio, Bart. à Sassoferrati.
De iuramenti effectibus, Augustini Bonfranciſci.
De fama, Thomæ Piperatæ.
De forma inuentarii, Iacobi Butrigarii.
De eadem materia, Iacobi Putei.
De eadem materia, Bart. à Sassoferrato.
De iudicibus, Iacobi Arenæ.
De inquisitionibus, Augustini Vbaldi senioris.
De iuramento in probationum supplementum, Antonii Rondinelli.
De iure patronatus, Stephani Caietani.
De iure Protomisios, uel relatione, Antonii Caputii.

De libellis, Baldi Vbaldi Perusini.
De ratione argumentandi, Raynerii Foroliuiensis.
De ratione studendi, Antonii Rondinelli.
De opinionibus Bart. reprobatis, Martini Laudensis.
De oppositionibus, Mariani Socini.
De iudicum ordine, Guidi Suzzariæ.
De priuilegiis utriusque Iurisconsultorum, Andreæ Barbatii.
De probatione, Bart. à Saxoferrato.
De protestatione, Baldi Vbaldi.
De primo, & secundo decreto, Dyni.
De positionibus, eiusdem.
De possessorio, & petitorio, Benedicti Salensis.
De quæstionibus, uel Torturis, Odofredi.
De eadem materia, Antonii Canarii.
Sub liberorum nomine quid contineatur, Antonii Rondinelli.
De quarta, Antonii Rondinelli.
Qua ratione contra Bart. à Saxoferrato sententiam opponatur.
Qua ratione contra compromissum opponatur, Iacobi Butrigarii.
De summaria cognitione, Odofredi.
De sindicatu, Augustini Bonfrancisci.
De cessione, Ioannis Riccii.
De testium reprobatione, Iacobi Egidii.
De testibus tum ueris, tum uero falsis, Oldradi Pontani.
De testibus, Bartholomæi Cremonensis.
De seruitute, Signoroli.

Num

Num interusurium promissæ dotis de iure canonico permittatur, Raphaelis Cumani.

In guarentigiata instrumenta, Benedicti Barzensis.

De bonorum publicatione, Iacobi de Arena.

De commissariis, & executoribus ultimarum uoluntatum Bar. à Saxoferrato.

De schismate, Petri Ancarani.

De schismate, ab Antonio Butrio per Matheſilaum confecto.

De rationibus incorporalibus, Laurentii Pini.

De usuris, Catonis Sacchi.

De curatore, qui datur bonis, Ioannis Claudii Aprutini.

De sindicatu, Antonii Rondinelli.

De ordine iudiciario carmine expresso.

De successionibus ab intestato, Baldi.

De appellationum temporibus, Iacobi Butrigarii.

De uariis quæstionibus capitalibus, Hippolyti Marsilii.

De ratione conficiendi inuentarii, Ioannis Claudii Aprutini.

Eiusdem auctoris de uariis quæstionibus capitalibus.

De cautis summariis, Ioannis Facelli.

De tabellionibus, Antonii Rondinelli.

Et in hoc iuris corpore inserentur, iuxta materias alii tractatus usque ad D. quippe qui alias typis dati fuere: at uero non adiecti xviii uoluminibus tum Venetiarum, tum uero Lugduni.

Repetitiones.

Quoad repetitiones, proferetur in lucem additio-
ſumma tum repetitionum non amplius impreſ-
ſarum, tum uero in octo uoluminibus nuper Lug
duni editarum: & ita erunt ſexdecim uolumina
cum ſummariis, & repertorio.

Conſilia.

D. Ronchegalli conſilia, Hyppoliti Riminaldi, Io-
annis Cæphali, & Ludouici Cati.

Recens conſiliorum corpus in plures partes diſtribu
tum, & pars quælibet in plures tomos, non am-
plius uiſorum, quæ à celeberrimis utriuſque iu-
riſconſultis tum antiquis, tum uero recentiori-
bus edita fuere, in quorum partibus, & tomis
conſtituentur materiæ, ut legalis ordo exigere ui
detur, & ſingula conſilia ſibi ſummaria retine-
bunt, & corpus horum totum repertorium ſatis
decenter habebit.

Qui iuris utriuſque conſulti numero CCXL ſunt, quorum nomina inferius alphabe-tico ordine recenſentur.

Albertus Albertus
Albertus Papienſis
Alexander Ghiſilerius
Alexander Magius

Alexander Neuius
Alexander Scalenſis
Aloyſius Albertus
Aloyſius Diſcaltius
Andreas Alciatus
Andreas Barbatius
Andreas Ceretus
Andreas Piſanus
Angelus Alexandri Vbaldi
Angelus Aretinus
Angelus Perillus
Angelus Vbaldus
Angelus Epiſcopus
Annibal Sanctius
Antonius Andarellus
Antonius Aſtruabdus Vrbinas
Antonius Bengius
Antonius Camertinus
Antonius Ciccus Florentinus
Antonius Coccus
Antonius Crottus
Antonius Franciſcus de doctoribus
Antonius de Factis
Antonius Fidelis
Antonius Ghiſius Firmenſis
Antonius Gualdus
Antonius Leutius
Antonius Leuolus Camertinus
Antonius Mapheus
Antonius Peregrinus
Antonius à Prato ueteri
Antonius Roſellus

Antonius Trilacus
Armelius Terrenius

Baldaſſar Carducius
Baldus Bartolinus
Baldus Vbaldus
Bartholomæus Cartarius
Bartholomæus Cæpolla
Bartholomæus Gozadinus
Bartholomæus Herculanus
Bartholomæus Mezaprilis
Bartholomæus Salycetus
Bartholomæus à Saxoferrato
Bartholomæus Socinus
Bartholomæus Valerius
Bartholomæus Valmaranus
Bartholomæus Vrbinas
Bartholomæus Zabarella
Benedictus de Benedictis
Benedictus Foreſtus
Bernardinus Cato
Bernardinus Tizorius
Bernardus Brenzonus
Bernardus Coronus
Bernardus Lippus
Bernardus Prior
Bertucius Bagarottus
Bonacurſius à Saxoferrato
Bonamentus Aliprandus
Bonifacius Elephantuccius

Calapinus de Calapinis

Camillus Buzius
Cataldinus Boncompagnus
Cato Sacchus
Chriſtophorus Lanfranchinus
Cynus
Collegium Patauinum
Collegium Bononienſe
Collegium Florentinum
Collegium Vrbinas
Comes Peruſinus

Dynus
Dominicus Bonſius

Fabianus de Monte
Federicus Vigontius
Felynus Sandæus
Florianus à ſancto Petro
Franciſcus Albergottus
Franciſcus Aluarottus
Franciſcus Argentinus
Franciſcus Betius Regienſis
Franciſcus Boſſius
Franciſcus Capellus
Franciſcus de Capiteliſtæ
Franciſcus Corbolus
Franciſcus Machiauellus
Franciſcus Marianus
Franciſcus Nuuolarius
Franciſcus Placentinus
Franciſcus Ramponus
Franciſcus Tigrinus

Franciſcus Verlatus
Franciſcus Vulpianus.

Georgius Lazezius
Georgius Priolus
Gregorius de Doctoribus
Guarnerius Cremenſis
Gulielmus Cuneus
Guido Aretinus
Guido Corneus
Guido Paiarinus
Guido Petruſius
Guido Suzzarius

Iacobus Aluarotus iunior
Iacobus Beluiſius
Iacobus Butrigarius
Iacobus Capucius
Iacobus Gaſius
Iacobus Lugdunenſis
Iacobus Leoneſſa
Iacobus Zoccus
Ioannes Ananias
Ioannes Andreæ
Ioannes Campegius
Ioannes Iacobus Canis
Ioannes Albericus Cartolarius
Ioannes Caniſmortuus
Ioannes Chizolius
Ioannes Claudius Aprutinus
Ioannes Eugubinus
Ioannes Baptiſta Ferretus

Ioannes Franciſcus Foreſtus
Ioannes Ludouicus Lambertacius
Ioannes Maggius
Ioannes Melianus
Ioannes Miluccius
Ioannes Antonius à Monticello
Ioannes Antonius Monticellus
Ioannes Baptiſta Nellus
Ioannes Petrucius
Ioannes Porti
Ioannes à Prato
Ioannes Riccius
Ioannes Maria
Ioannes Roſellus
Ioannes Baptiſta Roſellus
Ioannes Antonius Rubeus Alexandrinus
Ioannes Vaſchetus
Ioannes Verzerenſis
Ioannes Zuitius Camertinus
Iulianus Cantabene
Iulius Tolentinus

Lancilottus Decius
Lanfranchus de Oriano
Laurus Fanenſis
Leonardus Stadianus
Ludouicus Acciaiolus
Ludouicus Cato
Ludouicus Maurus
Ludouicus Panetius Fanenſis
Laurentius Pinus
Laurentius Saracenus

Mapheus de Mapheis
Marcus Perusinus
Marcus Portogaurius
Martinus Fanensis
Martinus Garratus
Martinus Mastellarius
Mattheus Auogarius
Mattheus Bisiaurus
Mattheus Cataneus Vrbinas
Mattheus Mopha Gribaldus
Mattheus Vicus
Melchior Cartollarius
Melchior Facinus
Modestus Polentonius

Nellus
Nicolaus Altouitus
Nicolaus de Cruce
Nicolaus Iacobi Mont'albani
Nicolaus Gulliola
Nicolaus Mattarellus
Nicolaus Pedrocchius
Nicolaus domini Pauli
Nicolaus Protensis
Nicolaus Rabatius Florentinus
Nicolaus Ruscellarius

Onofrius Antoni Checchi
Ottauianus Martinus

Pancratius Piruchinus
Paulus Castrensis

Paulus Doctus
Paulus de Factis
Paulus Vngarellus
Paſqualinus Pincetus
Petrus Philippus Matthiolus
Petrus Amandolus
Petrus Barbonus
Petrus Cerutus
Petrus Mulus Brixienſis
Petrus Peruſinus
Petrus magiſtri Viuiani
Proſdocimus de Comitibus
Proſper Paſſettus
Puccius de Pucciis

Raphael Fulgoſius
Riccardus à Fontebono
Riccardus Malombra
Riccardus Salycetus
Raynerius Foroliuienſis
Raynerius à Monte Vlliano
Rugerius Peruſinus

Saluſtius Moncilienſis
Sanctus Stamperolus
Sigiſmundus Brunellus
Signorolus Homodei
Silueſter Aldobrandinus
Simon Ferrarius
Stephanus Zampus

Thadeus à Manerua

Thomas Colpanus
Thomas Formagginus
Tullius Petrucius

Valerius Loſcus
Vbertus Dobius
Venantius Vanutius
Vincentius Stella

Diſputationes, & quæſtiones.

Complurium diſputationum, & quæſtionum, quæ ad uarias materias factæ, & denuo emendatæ ſunt, cum ſuis ſummariis, & repertorio, tomus: quarum aliquæ nondum editæ; aliquæ uero alios in lucem prolatæ ſunt, cum ab auctoribus prædictis, tum uero ab aliis, quorum non meminimus.

POLITICA

Libri quinque de publica regendi ratione: in quibus omnium prouinciarum, atque imperiorum, simulq; hominum, uectigalium, planeq; opum, ac uirium uniuersarum, itemq; principum, ac regum, qui in ipsis regionibus, atque prouinciis dominantur, accuratissima descriptio, nihil omnino prætermittens, ualdeq; distincta continebitur, præclarum opus, nec utile solum, uerum etiam necessarium, quoque omnium ordinum homines mire possint oblectari: multis iam annis institutum ab ipsius Academiæ conditore, diu publicis in rebus eximia cum laude uersato, atque excellenti, non minus probitate, quàm doctrina, claro, Federico Baduario; cuius ingenio, studioq; singulari prope iam tot in hac scientia libri, quot ipsæ prouinciæ, ac imperia sunt, cernuntur absoluti.

De prouentibus ordinariis, & extraordinariis uniuersorum christianæ reipublicæ principum liber.

Huic similis de prouentibus principum spiritualium, & temporalium, qui dictorum principum iurisdictione comprehenduntur, liber.

Rationes, quibus principes principibus, & respub. rebuspub. antecedunt.

Iura, quæ princeps aduersus principem habere in uariis urbibus, atque imperiis profitetur.

Pacta, & conuentiones inter uniuersos christianæ reipublicæ principes ab anno M D X I X. ad hanc usque diem.

Decem

Decem imperii circuli, quibus Principes nominantur ſpirituales, temporales, & urbes liberæ, cum ad dietas imperiales, uel nationum accerſuntur.

Opuſcula duo de prudentiſſimi oratoris munere.

De officio eorum, qui ſunt à ſecretis. quo in libro, quid in omnibu principum aulis, atque curiis, ab iis, qui arcana tractare conſueuerunt, ſeruari ſoleat, pleniſſime traditur. item quæ conditiones fortunæ, corporis, & animi congruere uideantur ad eum formandum, quem ob uirtutis præſtantiam, hoc nomine dignum cenſeamus.

Deſcriptio regiminis uniuerſi, ac morum reipub. Raguſeorum.

Deſcriptio urbis, & imperii Genuenſium.

Leges, & inſtituta, quibus Norimbergi reſpublica gubernatur.

Ordo diſtinctus, ac particularis uniuerſæ Galliæ magiſtratuum.

Rerum omnium Hiſpanarum epitomæ, ex uariis antiquorum, & recentiorum ſcriptis accuratiſſime collecta.

Platonis Minos præcedente breui compendio, quo demonſtratur ab æquitate legum urbibus, & rebuſpublicis ocium, & bene, beateq; uiuendi rationem exoriri, cumq; lex perfecta eſſe debeat, neceſſe eſſe in aliqua uirtute fundamentum eius eſſe conſtitutum: præterea munus eſſe legis uirtutes inducere, uitia depellere, quæ mortalium uitam perturbant, atque deprauant.

Platonis dialogus, Politica appellatus, uel Regnum, diſputatione quadam de publica regendi ratione adiecta; cum probitas cuiuſque, & improbitas oſten-

oſtendatur, & utrum ſit eorum uerior opinio, qui cenſuerunt ueram adminiſtrationem penes unum conſiſtere, an diuini Platonis, qui ſtatuit eam eſſe perfectam, in qua dominantur optimates.

Decem Platonis Reipublicæ libri nuper egregie conuerſi cum duabus luculentiſſimis diſputationibus, quarum in altera de diuinæ iuſtitiæ uirtute habetur ſermo: in altera uero conſiderantur multa adminiſtrandis rebuſpublicis opportuna, in primis, & accommodata.

Proclus in Platonis politicos libros.

Somniorum liber ab antiquis ſcriptoribus, Hebraicis, Græcis, & Latinis collectus, & latinitate donatus, quo quid ſit ſomnium, quæ ue illius ſignificatio, & uis declaratur, cum rerum multarum ad principatus, rerumq; publicarum adminiſtrationem ſpectantium interpretatione.

Politici Ariſtotelis libri in ideam traducti, cum exemplis horum temporum, antiquorum temporibus reſpondentium: quo liquido uniuerſa regendi ratio demonſtratur.

Ariſtotelis politicorum interpretatio, in qua ſumma illius ſcientia diuerſarum urbium, uel antiquarum, uel recentiorum, exemplis comprobatur.

Ciceronis leges, adiecto commentario, quo perſpicuum fit Romanæ reipub. inſtituta, quàm ualde ceteris, quibus ulla unquam reſpub. uſa eſt antecellerit.

ECONOMICA

Doctrina generalis, qua colliguntur accuratissime omnia præcepta ad res familiares sparsim à Platone tradita, à Cicerone, & à ceteris uiris eruditissimis uariis in locis, & presertim ab Aristotele, atque Xenophonte in suis economicis congesta.

De uero mercatore disputatio, qua quot mertium sint genera declaratur, & qua ratione currentur, & agantur, simulq; principalium emporiorum, quæ sunt in uniuerso terrarum orbe numerus, & tota negociandi ratio.

Commodissima, & honestissima tuendi ærarii uel priuati, uel publici ratio.

Aristotelis economica in ideam uersa ita, ut facillime administrandæ familiæ instituta, atque præcepta breuiter explanentur.

Xenophontis economica, denuo è græco expressa, breui, utiliq; commentario, quo omnes sententiæ, quæ in illis libris cernuntur, accuratissime explicantur.

ETHICA

Virtutum omnium moralium ethices Aristotelis, uniuersalis arbor, qua diligentissime non modo media, excessus, & in ipsis uirtutibus defectus cernuntur, sed uniuersæ præcipue diuisiones, quæ ab ipsis pendent.

Virtutes morales ex Aristotelis ethica collectæ, & priuatim in arbores redactæ, quarum alia separatur ab alia: quæ minutim in sua membra diuisæ, præclaram corporis huius formam, eximiamq; philosophi uirtutem, atque apertam huiusmodi scientiæ cognitionem ostendent.

De tribus patriciorum generibus libri tres, quorum in primo de naturæ dotibus in illum conuenientibus agitur. in secundo uero de cognitione illi necessaria. in tertio de morum egregiorum obseruatione.

Platonis Philebus nunc denuo è græco uersus, & accuratissime explanatus.

Eiusdem Charmides è græco conuersus, cum breui narratione de temperantia.

Eiusdem Lachetes, quo satis accurate consideratur, quàm ad uitam degendam fortitudo sit utilis.

Eiusdem Crito, quo liquido constat diuinum Platonem breuissimo dialogo expressisse, uirtutum omnium perfectionem, & in quo ostendit, cuilibet, si oportuerit, mortem potius oppetendam, quàm illis ullo modo repugnandum.

Plutarchi opuscula cum aliquot disputationibus, &

eruditissimis annotationibus, quibus adolescentes facillime ad excolendam uirtutem, hoc est ad parandam sibi felicitatem excitari possint.

Quinque Ciceronis libri de summo bono, adiectis argumentis, quibus antiqui philosophi, ut illud suarum actionum ultimum finem constituerent, adducti sunt, ubi aperitur, quis finis homini contemplanti, quis ue agenti aptior sit, ac probatur solum christianæ uitæ conuenire illum, cuius caussas creatus est homo, quo scilicet laudaret eximiam Dei opt. max. bonitatem, & ut mirabilia eius opera contemplaretur.

Officiorum eiusdem libri tres cum breuibus, & eruditis explanationibus, & præceptis laudabiliter ac propemodum christiane uiuendi.

De amicitia, deq; senectute eiusdem libri cum annotationibus, & utilissimis explanationibus.

Eiusdem paradoxa una cum breui disputatione opinionis, atque disciplinæ Stoicorum de uirtutibus, & uitiis.

Eiusdem quæstiones Tusculanæ cum explanatione in quinque libros, quibus nonnullæ ueterum Academicorum in qualibet materia, quæ in attingitur, opiniones declarantur.

Eiusdem quæstiones Academicæ cum breuibus, & utilissimis disputationibus.

Commentarius in decem Ethicæ Aristotelis libros cum optima uersione, & eruditissimus commentariis ex omni ueterum, ac recentiorum interpretum copia collectis.

LO-

LOGICA

De præclara illa methodo, qua ueteres in tradendis scientiis usi sunt, libri quatuor. quorum primus Platonis methodum complectitur, secundus Aristotelis, tertius Hippocratis, Galeni, Auicennæ, ac D. Thomæ Aquinatis: quartus ostendit Aristotelicam methodum longe aliis omnibus antecellere.

De ueterum philosophorum in ueri inuestigatione instrumentis libri quatuor. quorum primo de diuisione differitur: secundo de definitione: tertio de argumento uerisimili, & de utraque demonstratione: quarto, quæ harum trium philosopho sit maxime necessaria.

De Platonis dialectica libri duo. quorum alter ostendit hunc philosophum omnes dialecticæ partes cum primis necessarias & tenuisse, & in suis libris eas scite admodum adhibuisse. altero, probatione ducta è quamplurimis eius dialogis, colligitur, neutram è duabus demonstrationibus illum fugisse. deinde affertur causa cur rarius ille demonstratione perfecta usus fuerit: ubi à calumniatoribus illi obiecta confutantur.

De dialectica libri tres. quorum primo de naturali dialectica disputatur, altero de artificiosa: tertio ostenditur, quantum hac in parte Aristoteles excelluerit.

Disputatio, in libros quatuor diuisa, quibus disseritur an sine dialectica ad ueram rerum cognitionem peruenuiri possit, quorum primo ostenditur fieri non posse, ut homo ad intelligendum nisi per rationis quasi gradus quosdam perueniat: secundo diuisionis necessitas probatur: tertio definitionis: quarto demonstrationis, ut rei ueritas pleniſſime intelligatur.

Topicorum libri tres: quorum primus disputationem de argumentatione probabili, atque argumentorum inuentione continet. secundus de argumentorum usu. in tertio diligenter conferuntur inter se, qui ea de re scripserunt, Aristoteles uidelicet, Cicero, & Rodulphus Agricola.

Explanatio in libros Topicorum Aristotelis.

De falsa ueterum Sophistarum dialectica libri tres: quorum primus eorum falsas definitiones complectitur: alter argumentationes: tertius propositiones.

Aristotelis organum cum breuissimis, ac dilucidis annotationibus, simul recenti, ac docta disputatione statim in libri uestibulo apposita, utrum dialectica philosophiæ pars sit, an potius instrumentum.

Plotini in dialecticen Eneados sex.

Dauidis commentarius in Aristotelis prædicamenta.

Maximi Tyrii Platonici in Aristotelis Analytica, & Platonis Cratylum commentarii.

Porphyrius in Aristotelis prædicamenta.

Sim-

Simplicius in Aristotelis prædicamenta, proxime emendatus.

Alexandri Aphrodisei commentarius.

RHETORICA

Liber de tribus illis rerum generibus, in quibus uersari debet rhetoris officium, ex Aristotelis ad Theodecten rhetoricorum libris decerptus, quo singula hæc genera seorsum tractantur, recentiorum exemplis, ueterum loco, repositis.

M. Tullii Ciceronis Rhetorica à mendis expurgata, ac doctissimis scholiis illustrata.

Oratoris ars è Demosthenis, ac Ciceronis orationibus excerpta, ac recentiorum exemplis exornata.

M. Tullii Ciceronis de oratore libri, cum non nullis utilissimis in obscuriora loca annotationibus, & ornamentorum animaduersionibus.

Perorationes è Ciceronis, Demosthenis, aliorumq; orationibus excerptæ, cum artificio in margine annotato.

Comparationes, exempla, & sententiæ Platonis, Plutarchi, Senecæ, aliorumq; auctorum.

Syrianus in partes aliquot rhetorices, presertim eas, quæ insignem doctrinam continent.

Hermogenis, aliorumq; antiquorum rhetorum maxime necessaria, & utilia præcepta, quibus docemur, in quouis argumento quo uerborum genere, quibus figuris, numeris, qua denique dispositione, collocatione nobis utendum sit.

Platonis Gorgias, è græco in latinum conuersus, una cum non nullis utilissimis annotationibus.

Planudes in diuersas rhetorices partes.

Ro-

Rodulphus Agricola de inuentione dialectica in linguam Italicam conuersus.

Centum orationes è Thucydidis, Saluſtii, Liuii, Iuſtini, aliorumq; hiſtoriis decerpta, quarum in margine eorum admirabile artificium aperitur.

Diuerſorum orationes quamplurimæ in Venetorum Principum funere habitæ.

Orationes in genere deliberatiuo..

M.Tullii Ciceronis orationes cum pleniſſimo commentario, quo loca deprauata emendantur, obſcura declarantur, ars denique ipſa aperitur.

Legatorum ad diuerſos Principes in primo aditu orationes.

Diuerſorum orationes in Venetorum Principum creatione habitæ.

Orationes in clariſſimorum Europæ Principum creatione, ac funere habitæ. *D. 1559. 4.*

Plotini orationes cum præcipuis in dicendi artem annotationibus in margine appoſitis.

Philonis Iudæi orationes, cum iiſdem annotationibus.

Publicarum literarum uolumen cum breuiſſima ad eas conſcribendas præceptione.

Literarum ad diuerſos uolumen.

Centum epiſtolæ, quibus continentur ea, quæ maximis in iis temporibus bellis geſta ſunt; item fœdera, ac induciæ in Pannonia, in Germania, atque imperii prouinciis ſub Carolo V, & Ferdinando primo Imperatoribus, cum præcipuis quibuſdam multarum ciuitatum, oppidorum, atque arcium deſcriptionibus.

Ad diuerſos Principes epiſt. cum eorum reſponſis.

Clarorum

Clarorum uirorum epistolæ nondum editæ.
Multorum ueterum Græcorum epistolæ in latinum conuersæ.
Cyrilli, Anastasii, & aliorum Græcorum eruditissimæ epistolæ.
Gregorii Cyri epistolæ.
Iustiniani epistolæ.
Bellisarii epistolæ.
Pauli Manutii epistolæ. a. 1558. 8.
In omnes Ciceronis epistolas commentarius nondum editus.
De Rhetorica libri quinque: quorum in primo de inuentione differitur: in secundo de dispositione: de elocutione in tertio: in quarto de memoria: in quinto de pronunciatione; sumpti ex Aristotele, Hermogene, Cicerone, Quinctiliano, & ex infrascriptis auctoribus tam Græcis, quàm Latinis, qui de arte olim scripserunt: qui sunt hi,
Asconius Pedianus,
Consultus Chirius Fortunatius,
Marcus Fabius Victorinus,
Aquila Romanus,
P. Rutilius Lupus,
Theon,
Aphthonius,
Libanius,
Sopatrus,
Syrianus,
Marcellinus,
Cyrus,
Dionysius Halycarnasseus,

Demetrius

Demetrius Phalereus,
Dionyſius Longinus,
Vlpianus,
Alexander,
Menander,
Ariſtides,
Apſinus, &
Minutianus.

in quibus, ut facile intima artis loca cognoſcantur, ſumma diligentia Græcorum, & Latinorum oratorum, hiſtoricorumq; exempla ſunt adſcripta, facta inter Græcos, & Latinos exquiſita artis comparatione.

Orationes CCCLIIII Græcorum oratorum, latine expreſſæ, in octo libros diſtributæ. quorum in primo ſexaginta duæ Demoſthenis orationes continentur: in ſecundo ſeptuaginta duæ antiquorum oratorum, ſcilicet Aeſchinis, Lyſiæ, Audocydis, Iſæi, Dæmadis, Antiſthenis, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi, Gorgiæ, Alcidamantis, Lesbonatis, & Herodis: in tertio una & uiginti Iſocratis: in quarto quinquaginta ſex Ariſtidis: in quinto octoginta Dionis Chryſoſtomi: in ſexto uigintiquinque Gregorii Nazianzeni: in ſeptimo Libanii Sophiſtæ triginta nouem declamationes: in octauo omnes Phylonis Iudæi orationes.

POETICA

Benedicti Lampridii odæ Pindarico more conscriptæ, cum eiusdem elegantissimis, atque affectuum plenis elegiis : è quibus facile quiuis coniicere poterit ad ueterum poetarum probatissimos quosque uerborum, ac sententiarum ornamentis quamproxime accedat.

Elegiarum, epigrammatum, atque odarum à diuersis recentioribus poetis scriptarum, liber nondum editus.

Eorundem poetarum uarii lusus uariis carminum generibus Italicæ conscripti, necdum typis impressi.

Virgilius cum docto, & ualde utili commentario de styli ipsius generibus, quo ostenditur, quibus ille figuris, ac dicendi formulis in attenuato genere, quibus in mediocri, quibus in graui usus fuerit, cum dilucida locorum obscurorum interpretatione, atque trecentis fere annotatis locis. deq; figurarum ornamentis, multisq; aliis minime uulgaribus considerationibus.

Horatius cum explicationibus ad loca difficiliora, ac multorum artificiorum animaduersiones, quæ illæ tum à Græcis scriptoribus est mutuatus, tum suopte ingenio excogitauit, cum locutionum, quæ sunt ipsius poetæ propriæ, obseruationibus.

Lucretius cum breui, & ualde utili commentariolo in libri uestibulo statim apposito : quo explicantur elegantissimæ figuræ, locutiones puriſſimæ, ac pulcherrima ipsius ornamenta.

In

In eundem explicatio, qua tum argumenta, & res ipſæ, de quibus ille eleganter, & uenuſte ſcripſit, tum loca, quæ lectorem ſuſpenſum ob locutionum formam, & qualitatem detinere poſſent, declarantur.

Catullus cum breui in fronte libri commentariolo de proprio Hendecaſyllaborum ſtylo: quo perſpicuum fit quibus de cauſſis huiuſce poetæ hendecaſyllaba aliis omnium, qui in hoc carminum genere uerſati ſunt, longe antecellant: deq; adiunctis Poeticis, quibus ille in Heroicis uerſibus egregie eſt uſus, ac uehementibus affectibus, quibus ille ſuas aſperſit elegias.

Tibullus cum ſingulis ipſius annotatis uenuſtatibus, cui tanquam præuia anteit docta ſane, ac ſubtilis conſideratio, qua eius candor, ueraq; conſcribendarum elegiarum ratio oſtenditur.

Omnia Ouidii Naſonis opera cum duplici qui ea præcedit commentario, altero quidem transformationum libri in fronte appoſito: quo admirabilis illa fabularum connexio oſtenditur, ac ſublimia ſub earum inuolucris myſteria declarantur; altero uero ante ea, quæ elegis uerſibus deſcripta ſunt opera, quo perſpicuum fit, quantum in iis mouendis fere omnibus affectibus excelluerit, quantumq; in Heroidum epiſtolis ad perſuadendum ualuerit.

Propertii elegiæ cum breui, ac uera interpretatione, qua explicantur obſcuriora, ac difficiliora huiuſce poetæ loca.

Plauti comœdiæ à multis erroribus expurgatæ cum non nullis utiliſſimis præceptis, quibus oſtendi-

tur consuetudo ab antiquis in recitandis comœdiis obseruata, multumq; necessariis tam ad intelligentiam huius poetæ, quàm aliorum antiquorum comicorum.

Terentius cum breuibus, & eruditis annotationibus, quibus ostenditur sermonis puritas, qua ipse usus est: deinde quemadmodum in eius comœdiis sparsæ sint humanæ uitæ uirtutes, ac uitia, ratione habita tamen priuatarum personarum, quæ in ipsis inducuntur, cum in ceteris comicis ea tantum, quæ risum mouere possint, cernantur.

Senecæ tragœdiæ uersibus Italicis expressæ.

Alcinæ allegoria.

Homerus cum breui, ac uera illius, & Virgilii collatione, quam sequitur disputatio qua perspicuum fit, eum sub uariis figmentis, & inuolucris diuina philosophiæ tam eius, quæ in rerum caussis, quàm quæ moribus in uita, ac uersatur, occultasse mysteria: unde à ueteribus pater, ac fons omnium non modo poetarum, uerum etiam philosophorum, quot post eum floruerunt, appellatus est.

Pindarus cum docto commentario, quo ostenduntur eius altissimi, ac uere poetici spiritus, cum eorum locorum obseruatione, in quibus eminentissimum hunc poetam Horatius est imitatus.

Theocritus, cui addita est examinatio quædam eius styli, quo ille sua poemata conscripsit; ubi ostenditur, maiori laude dignum esse eum poetam, qui, susceptо tenui argumento, rem elegantissimis cum uerbis, tum sententiis ita extollit, utea multo illustrior, ac nobilior esse uideatur, quàm

eorum

eorum, qui grauia scribere aggressi in ipso opere deficiunt, cum uerba iis non suppeditent, quibus rem ipsam ex eius dignitate, atque eruditorum hominum iudicio ornare possint.

Euripidis tragœdiæ Italice expressæ.

Recentiorum carmina quædam ex cunctis probatissimorum poetarum operibus in omni carminum genere accurate selecta.

Dantes nuperrime docto commentario illustratus: quo intima auctoris sensa longe accuratius, quàm qui hactenus prodierunt, aperiuntur.

Petrarcha cum nouis commentariis, quibus quamplurima obscuriora loca eius illustrantur, ostenduntur; lumina ita eleganter ab eo dispositа in suis doctis, & elegantibus poematis, una cum multis eiusdem auctoris ornamentis, è uero ipsius exemplari exceptis, quibus ampliſſima copia felicissimi illius ingenii ostenditur: unde non minima utilitas ad huiusce Italicæ poeseos studiosos peruenire potest.

Veterum probatissimorum, & recentiorum scriptorum epigrammata omnia Italice scripta, atque in capita ex argumenti ratione, redacta.

Disputationes tres, quarum prima est de poetica theologia in libros quatuor distributa, quibus aperte declaratur, sub fabularum ænigmate maxima philosophiæ latere mysteria: secunda de tragœdia in duos libros dispertita: quorum primo de ipsa tragœdia generatim disseritur, deq; eius singulis partibus additis illustrium tragicorum exemplis: altero fit comparatio Sophoclis, Euripidis, & Senecæ, qui singuli suis

quibuſdam quaſi propriis, ac peculiaribus uirtutibus commendantur; Sophocles quidem dignitate, Euripides ſententiis: Seneca ſententiarum ſublimitate. Tertia de Arioſti uenuſtate, quæ quidem inſcriptio tum morales, tum naturales illius poetæ allegorias complectitur, iſq; cum Virgilio, ac Homero comparatur.

Speronis Apologia aduerſus Canaces ſuæ reprehenſores, cum eiuſdem dialogo de ratione conſcribendæ tragœdiæ.

Amatoria carmina Italica.

Chriſtiana carmina Italica.

Bartholomæi Fuſci Leonici Veneti poemata latina uariis carminum generibus, lyricis, iambicis, elegis, & heroicis conſcripta.

Progne tragœdia latinis uerſibus reddita.

Omnia ueterum poetarum latinorum Ennii, Accii, Affranii, Laberii, Lucilii, Pacuuii, Licinii, Liuii, aliiq; carmina è locis ipſis excerpta, in quibus ſparſim à Cicerone, Quinctiliano, Varrone, Feſto Pompeio, Nonio Marcello, Gellio, Macrobio, aliisq; antiquis ſcriptoribus citantur.

HISTO-

HISTORIA

De perfecta historia libri tres, quorum in primo duæ continentur disputationes: quarum in altera tres latinæ historiæ principes, Cæsar, Salustius, & Liuius: in altera uero tres Græci, Thucydides, Xenophon, & Polybius examinantur; & quæ sit in singulis uirtus, quid ue fortasse desideretur, ostenditur. In secundo, comparatio fit inter historices recentiores, atque probabili ratione demonstratur neminem perfecti munus historici expleuisse, sed alios aliter peccasse uel in rebus perite deligendis, uel in euentorum caussis explicandis, uel in dispositione, uel ipso scribendi genere, uel in ipsa demum ueritate. In tertio, quænam sit egregia historiæ forma, quæq; partes ad eius perfectionem requirantur, & qua tanquam uia glorioſum ad exitum peruenire possit, diligentissime docetur.

Antiquitatum Romanarum libri decem, primus de urbe, hoc est de primorum mœnium circuitu, cum Romulus eam condidit: tum de incremento, & pomœrio prolato ad eam usque, quò peruenit amplitudinem: Secundus de ciuitate, hoc est de numero ciuium ab urbis initio ad Imperatorum tempora, quotq; ciuium genera fuerint, qui magistratus, quæ uectigalia tum publica, tum priuata: Tertius de religione, quo tempore instituta, qua ratione aucta, & custodita sit, quæq; illi reipub. commoda pepererit: Quartus de senatu, quænam esset eius ordinis potestas, qui

senatorum

senatorum numerus, quæ conueniendi in senatum, agendi, deliberandi, decernendi, & conficiendi S. C. ratio, quoq; omnes ordine consederint. Quintus de comitiis, ideſt de coitionibus populi, uel ferendarum legum cauſſa, uel creandorum magiſtratuum, uel quandoque etiam ut ſuffragia de reo ferrentur. Sextus de legibus uel ad ius ciuile, uel ad crimina ſpectantibus, & quemadmodum, & à quo magiſtratu, & quo tempore, & quibus in locis ferrentur, quæq; uis eorum eſſet. Septimus de magiſtratuum origine, de ordine, ac poteſtate, adiecta quæſtione, an ſint hodie magiſtratus in aliqua repub. cum illis conferendi, an uero etiam præſtantiores. Octauus de iudiciis, ideſt quot iudicum genera fuerint, qui omnium numerus, quo ætatis anno eos eſſe, cum crearentur, oportuerit, à quo creati, utrum à ſenatu, an à populo, an à magiſtratu; deq; tota forenſi ratione. Nonus de terreſtri, ac maritima militia, deq; ordine, ac diſpoſitione Romani exercitus, multo præſtantiore, quàm Macedonicæ Phalangis, aut quo ætate noſtra rectores exercituum utuntur. Decimus de familiis patriciis, & plebeiis, & ſingularum origine.

Duodecim Romanorum cum uariis populis certamina memorabilia, ſubiuncta cuiuſque uictoriæ, cladis ue cauſſa.

Diſputatio de legibus obſeruandis, ſi quis illuſtrium uirorum uitam egregie uelit explicare: facta comparatione inter Plutarchum, Suetonium, Aemilium Probum, Spartianum, & alios tum antiquos,

antiquos, tum recentiores in aliquo omnes uitio peccantes.

Quatuor bellica laude præstantium imperatorum uitæ, Alexandri Magni, Annibalis, Africani maioris, & Cæsaris; & omnium inter se comparatio, examinatis cuiusque uirtutibus, ac uitiis.

Origo, & incrementa, & summæ uires quatuor uererum Italicarum rerumpub. Venetæ, Genuensis, Florentinæ, & Pisanæ, quæq; fuit singulis administrandi ratio, cuiusq; laudabiliora, & ad imperii diuturnitatem aptiora fuerint instituta.

Duodecim nobilissimæ omnium in Italia familiæ, quiq; in iis aliqua laude claruerint.

De falsa historia, omniumq; seu Græcorum, seu Latinorum, uel eorum etiam, qui lingua Italica scripserunt, in tradenda ueritate negligentia.

Explicatio locorum difficilium, & emendatio corruptorum innumerabilium in C. Plinii historia naturali.

Omnes & ueteres, & recentiores historiæ uarias in linguas conuersæ; ut ad imitationem præclare factorum, uitamq; recte, & laudabiliter instituendam homines excitari possint.

Omnia bella à Carolo V Imperatore gesta, duodecim libris explicata: in quibus non modo de susciendis bellis consilia, actiones, stratagemata tum ipsius Caroli, tum aliorum principum, ac ducum, sed causæ etiam, quibus ad inferendum bellum singuli principes adducti sunt, plane demonstrantur; adiuncta multarum regio-

num, urbium, populorum descriptione, situs, naturasq; locorum, moresq; hominum, & uires indicante.

Historia rerum gestarum ab anno MDXLIIII ad hanc usque diem, sumpto inde principio, ubi Pauli Iouii terminatur historia.

Historia rerum omnium, quæ in Anglia post obitum Odoardi VI Regis acciderunt, cum Notomberlani ducis iniquissimis consiliis ad tyrannidem spectantibus, eiusdemq; exitu miserabili, & manifesto summi Dei studio erga illos, qui rectam in religione uiam sequuntur.

Bellum à Iulio III Pontifice susceptum, ac gestum, aduersus Parmam, ac Mirandulam.

Origo illustrissimæ gentis Estensis, omniumq;, quæ ab ea profluxerunt, cum imperiis ab ea possessis, omniumq; principum nominibus, itemq; Ferrarienſium familiarum multarum origine nobilissima.

Libri quindecim Diodori Siculi, latinitate donati, nunquam antea impressi.

Dionysius Halycarnasseus, in latinum conuersus, de uitiis, quæ in Thucydidis historia deprehenduntur: quo in libro quasi leges quædam perfecte scribendæ historiæ cognoscuntur.

Commentarii Cæsaris plurimis locis emendati, præterea nouis imaginibus urbium, montium, fluminum, dispositionis etiam exercituum illustrati, adiecta inter commentarium, & historiam differentia, quamq; sit operosa, atque difficilis utriusque perfectio.

Salu-

Saluſtius à mendis uindicatus, breuiſſimisq; ſcholiis explanatus; commendatus idem, & accuſatus in uſu latinæ linguæ; reprehenſus, & excuſatus ob hiſtoriæ ſiccitatem, & nimium diligenter elaborata proemia.

Liuius cum explanatione reconditarum ſententiarum, & accurata omnis hiſtoriæ examinatione, ſubiecta ratione, cur ei ueteres doctiſſimi uiri Patauinitatem obiecerint, quaſi Romani ſermonis ignaro.

Chronica Michaelis Glyca, perpetuo temporum imperiorumq; ordine ab Adam ad nouiſſima Imperatorum tempora.

Hiſtoria, quæ omnia complectitur memorabilia ab Adam ad Byzantium expugnatum.

Chronica Georgii Syngeli, à mundi principio ad nouiſſima Imperatorum tempora.

Chronica Conſtantini Manaſſis, politis uerſibus conſcripta, ab ortu mundi ad Nicephorum Botoniatem Imperatorem.

Ioannes Catacuzenus aduerſus Mahometem, & Turcarum religionem.

Hiſtoria eccleſiaſtica Theodori Anagnoſtæ.

Procopii de Perſis hiſtoria, multis locis reſtituta.

Compendium omnium Romanarum antiquitatum, accurate collectum è ſcriptoribus tum Græcis, tum Latiuis, annorum ſerie diligentiſſime ſeruata.

Nomina scriptorum Latinorum, Græcorum, aliquot etiam ex barbaris nationibus, quorum libris uel hominum, uel temporis iniuria corruptis, nominis tamen memoria superfuit in eorum libris, qui ad ætatem nostram peruenerunt.

GRAMMATICA

Ars grammaticæ ex abditis deducta cauſſis, & ſubtili quadam ratione examinata, ac tanquam ab humili ſtatu ad ſummum nobilitatis faſtigium euecta.

Latinæ linguæ celeberrimi, & antiquiſſimi grammatici, Varro, Feſtus, Nonius, Chariſius, Diomedes, Palæmon, Terentius, Scaurus, Marius Victorinus, Cornelius Frontonus, & Papirius Prætextatus, cum emendationibns quampluribus, & indice pleniſſimo.

Demonſtratio græcæ linguæ, ita facilis, & commoda, ut ad eius perfectam ſcientiam breui tempore, minimo labore, cuiuis liceat peruenire.